

Ego Melior presb. card. SS. Joannis et Pauli A apostolica confirmamus. Sane novalium vestro-

tit. Pamachii.
Ego Hyacinthus diac. card. S. Mariæ in Cosme-

din.
Ego Octavianus SS. Sergii et Bacchi diaconus

cardinalis.
Ego Saffredus S. Mariæ in Via Lata diac. cardi-

nalis.
Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Julliano diac.

card.
Ego Radulphus S. Georgii ad Velum Aureum diac.

card.
Datum Laterani, per manum Moysi Lateranensis canonici, vices agentis cancellarii, v Kalendas Martii, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1188, pontificatus vero domni Clementis papæ III B anno primo

XXIV

Monasterii Cluniacensis protectionem suscipit, et bona quædam ac privilegia confirmat.

(Laterani, Febr. 25.)

[*Bullarium Cluniac.*, 89.]

CLEMENS episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis HUGONI abbati monasterii Sancti Petri Cluniacensis, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum.

Quanto specialius Ecclesia vestra nobis est, nullo mediante, subjecta, tanto propensius ejus juri providere compellimur, ne super his quæ rationabiliter noscitur possidere, processu temporis indebita molestatione gravetur. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, ad instar felicitis recordationis Alexandri et Urbani Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimus, imprimis siquidem statuantes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti Regulam in monasterio vestro noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium impiæsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis :

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Prioratum Sanctæ Mariæ de Nazara cum omnibus pertinentiis suis; prioratum Sanctæ Trinitatis de Lencona cum omnibus pertinentiis suis, sicut eosdem prioratus Ecclesia vestra canonice possidet, et de donatione prædicti prioratus S. Mariæ in scripto authentico concedimus vobis, et eidem Ecclesiæ auctoritate

rum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat quoque nobis clericos vel laicos, liberos et absolutos e sæculo fugientes, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco professionem, fas sit, nisi arctioris religionis obtentu, absque abbatis sui licentiâ de eodem discedere: discedentem vero absque litterarum communium cautione nullus audeat retinere. Sepulturam propterea illius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverunt, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Quia vero decimæ tam veteri quam nova lege ministris ecclesiarum noscuntur esse concessæ, sub interminatione anathematis prohibemus; ne ullus laicus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, aut ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva in omnibus sedis apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, etc.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ episcopus.

Ego Theobaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci.

Ego Laborans presb. card. Sanctæ Mariæ Trans Tiberim tit. Calixti.

Ego Albinus presb. card. Sanctæ Crucis in Jerusalem.

Ego Melior presb. card. SS. Joannis et Pauli tit. Pamachii.

Ego Hyacinthus diaconus cardinalis S. Mariæ in Cosmedin.

Ego Octavianus SS. Sergii et Bacchi diaconus cardinalis.

Ego Saffredus S. Mariæ in Via Lata diaconus cardinalis

Ego Petrus S. Nicolai in Carcere Tulliano diac. card.

Ego Radulphus S. Georgii ad Velum Aureum diac. card.

Datum Laterani, per manum Moysi Lateranensis canonici vices agentis cancellarii, v Kalendas Martii, indictione vi, Incarnationis Dominicæ anno 1187, pontificatus vero domini Clementis papæ III anno primo.